Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et subtilium a capite et nervis
a stomacho et iuncturis et a toto
corpore. et confert iuvamentum ma-
nifestum doloribus iuncturarum et
doloribus matricis, cuius hec
est permixtio Rx aloes ʒ. i. inte-
rioris collocintide ʒ. viii. ra-
dicis utriusque lus. site yreos
turbit agarici serapini mirobo-
bol. citrinorum keblorum et indorum
ana ʒ. i. et s. ʒʒ. cinamomi mas-
ticis. mell. ellebori nigri. eu-
forbii asari cassie lignee sal.
indi croci castorei apii kepsim
seminis mezerion sticados ana ʒ
i. squille assate ʒ. ii. et s. sca-
monee ʒ. iii. fiat omnium contritio
bona et involuatur pulvis succo
cucumeris asinini. quantitate.
qua bene involuatur. deinde sicce-
tur et iterum involuatur predicto
succo et oleo pauco nucum et ite-
rum siccetur et involuatur melle de-
spumato quantitate qua fiat to-
tum sicut pasta et reponetur post
vi. menses. et sit dosis eius a
ʒ. i. usque ad iii. Et dixit filagrius
fiant tortelle ex radice plate
recentis et munde et contrite.
ultima contritione cum pondere
sui de farina tritici et coquatur
sicut panis et reponetur omni mane
habentibus emorroydas quia de-
let eas. utraque autem lus. de
decoctione ad plenum sustinet. ¶
posse. solutione educit flegma
et subtile et grossum et mun-
dificat et confortat renes. et
provocat urina et excitat coitum
et est ex rebus mundificantibus
pectus et pulmonem Et confert
eis super quibus timetur frequentia
asmatis et tussis propter exube-
rantiam humoris grossi et visco-
si in eis et proprie lohoc ex suco
eius cum melle et rob. et quando
administratur cum ovis et valet
similiter ¶ Et dixit democritus
iuvamentum utriusque speciei eius magnum
esse doloribus emorroydarum

et ventositatibus earum secundum omnem
modum administrationis ipsius et
suppositum et emplastratum. Et
nos experti sumus et est mani-
festi iuvamenti super humores
crudos in stomacho et renibus ex-
istentes Et dixit Gal. resol-
vit apostemata dura et du-
ricies splenis et aliorum membrorum
et confert ulceribus fraudulentis
et fistulis, consumit additiones
carnium in eis, et consumit ad-
ditiones carnium in naribus et
prohibet fieri corrosionem eis et
cancrum, succus autem eius cum
melle distillatur in aure. et
confert tinnitui et surditati et
dolori auris et abstergit sor-
diciem eius et excitat ultra
ipsius, Utraque ipsius species
est de mundificantibus faciem et
auffert feditatem cutis, delet
pannum et lentigines et morfea
et proprie cum melle et fiat emplastrum
ex ea cum melle et stercore ca-
prarum super podagram et contus-
sionem nervorum et confert dolori-
bus eorum suppositorio facta ex ea
educit menstrua et facit aborsum
Et dicitur quod fugat serpentes. et
viperas et vermes venenosos

Cap. xc. de fessera

Fessera est planta qua vocatur
vite alba cuius radix est cine-
ritii coloris exterius. Interius
vero alba est Et elevatur super
radicem stipites multarum invo-
lutionum super alias arbores et
nascuntur super eam botri sicut botri
uvarum et vocatur uve lupine
et est species eius feseresim Cuius
radix est cinericia exterius
et intus alba non albedine
prioris et vocatur cucurbita
reptilium Complexio et proprietas
Inquit diascorides fessera ca-
lida est et sicca in tertio, et est
composita ex partibus igneis cum
partibus terreis adustis sed ig-
neitas est dominans et non est